

In nomine Dei eterni et salvatoris nostri Iesu Christi. Amen. Constantia Dei gratia Romanorum imperatrix semper augusta et regina Siciliae una cum karissimo^{a)} filio suo Frederico^{b)} eadem^{c)} gratia rege Siciliae, ducatus Apuliae et principatus Capuae. In solio imperialis et regie^{d)} excellentie^{e)} constituti^{f)} cordi nobis est, in omnes fideles nostros affluentiam^{g)} nostre liberalitatis expendere, sed omnes potissimum clementius et altius intueri, quorum^{h)} sincera fides et specialis devotio et dominoⁱ⁾ patri nostro magnifico regi Rogerio recolendam memoriam et nostre maiestati monstrat omnimode deservire. Inde est quod nos actuentes fidem et sinceram^{k)} devotionem, quam erga progenitores nostros pie recordationis et erga celsitudines nostras et honorem corone nostre universus populus totius insule [Malte et]^{l)} Gaudisii¹⁾ tam Christiani quam Saraceni fideles nostri^{m)} illibatamⁿ⁾ semper servare consueverunt, nihilominus pre oculis nostram serenitatis^{o)} gratum habentes et acceptum, [quam]^{p)} fideliter et constanter se habuere in nostra fidelitate^{q)} contra inimicum nostrum Guillelmum Crassum²⁾, considerantes etiam quod fructuose in antea^{r)} nobis et heredibus nostris ipsi poterunt deservire^{s)}, de consueta benignitate nostra coram etiam meritis^{t)} suffragantibus ad nostrum demanium eos duximus revocandos, si certi fuerunt tempore regis Guillelmi nepotis nostri³⁾ bone memorie^{u)}. Permittimus ergo ac presenti privilegio^{v)} concedimus universis hominibus Malte et Gaudisii tam Christianis quam Saracenis fidelibus nostris, quod^{w)} eos et totam insulam Malte et Gaudisii semper in nostro demanio tenebimus, numquam eos deinceps in baroniam vel in comitatum alicui daturi, sed semper in nostro habentes demanio nobis et heredibus nostris tantum volumus esse subiectos^{x)}. Recolentes etiam quanto ardore fidei et ferventi desiderio pro nostra fidelitate contra predictum inimicum Guillelmum Crassum²⁾ se opposuerunt^{y)}, indulsimus et remisimus^{z)} omnibus Christianis Malte

^{a)} carissimo E. Alle vergleichbaren Originale lesen k(arissi)mo ^{b)} Fiderico E ^{c)} eamdem E ^{d)} regis E. Der ganze Passus ist verderbt; vgl. die folgende Anm. ^{e)} ecclesiasticę E. Die Konjektur von excellentie ergibt sich zwingend aus dem Zusammenhang; vgl. oben mit Anm. 65 ^{f)} constitutis E ^{g)} adfluentia E ^{h)} quos E ⁱ⁾ dominio E ^{k)} licentiam E ^{l)} fehlt in E. Die Konjektur ergibt sich aus dem Folgenden ^{m)} nostre E ⁿ⁾ illibata E ^{o)} serenitati E ^{p)} fehlt in E ^{q)} nostram fidelitatem E ^{r)} anthea E ^{s)} observare E ^{t)} maritis E ^{u)} bona memoria E ^{v)} privileggio E ^{w)} per E ^{x)} volumus resubiectas E. re- wohl verlesen aus e(ss)e ^{y)} opponimus E ^{z)} remissimus E

¹⁾ Gozo, kleinere Insel nw. von Malta.

²⁾ Admiral Wilhelm Grassus, Graf von Malta (1197—1198).

³⁾ Wilhelm II. „der Gute“, König von Sizilien von 1166—1189.